

nem, & vltra hoc omnimodam Pape auctori-
 tatem in vtroq; foro super Indos. &c. Ergo
 si clarè non conceditur, non debemus talia
 subinferre ex commissione generali. Sed
 Prouinciales, quando confirmant Priores, vel
 Guardianos, & Præsidentes conuentuum [qui
 sunt velut Guardiani] deberent hoc illis
 concedere, vel si non omnibus, saltim illis,
 qui ad id idonei videntur. Hęc Pater à Vera
 cruce in Compendio Indico, Verbo Absolu-
 tio. 3. conclusione. 6. Et Pater Frater Ioãnes
 Focher in Postilla huius breuis dicit, quod
 etiam si Guardianus sit Prelatus, non potest
 vti priuilegiis, hic concessis: nisi sibi sit cõ-
 missum à Prouinciali, vel Custode. Quia
 illud verbum Præfati, refert Prælatos, qui
 per electionem assumuntur, cuiusmodi non
 sunt Guardiani, & hoc nisi oppositum con-
 suetudo interpretetur per tacitum consensum
 Prouincialium, & Custodum. Et reuera, per
 illud verbum [& alij fratres, quibus ipsi de
 fratribus suis duxerint committendum]
 manent exclusi Guardiani, quia ipsi non pos-
 sunt Cõmissarios instituire, neq; maiorem ha-
 bent auctoritatem ordinariam erga fratres si-
 bi subditos, quàm Parochi in suos Parochia-